

sive templum Hierosolymitanum, sive ut videtur, in loci, ubi adoraret ipse, qualiscunque ornatum, lucum plantare seu arborum ordines conferere. Confer. *Seldenum* (h) de Jure Nat. & Gent p. m. 181. seqq. Quod ipsum tamen modo citatus *Maimonid.* restringit inc. lxx. ע"י, & cultus superstitiosus si abfuerit, omnino licuisse habere & plantare lucos asserit. Ceterum quod ideo prohibitos eosdem esse Talmudistæ asserant, eo quod confecti hominum manibus sint, id mihi non est veri-simile.

§. V. Ne tibi, Lector optime, imponere, & aliquid ex meo cerebro finxisse videar, en ! accipe eorum verba propria in tractat. זרה עבודה fol. 45. extantia מה אשרה ומפני מה אשרה מפני שיש בה תפיסת ירו אדם וכל שיש בה תפיסת ירו אדם אסור אמר רבי עקיבא אני אובין וארון לפניך כל מקום שאתה מוצא הר גבה וגבעה נישאר ועץ רענן רע שיש שם עבודה כוכבים: *Quare lucus est prohibitus, ideo, quia est in eo apprehensio manuum hominis: omne autem, in quo est apprehensio manuum hominis, prohibitum est. Dixit R. Akiba: ego exponam & dijudicabo coram te: quocunque loco tu invenis montem altum & collem editam, & arborem viridem scito esse ibi idolum.* Egregia hæc esset artibus & elegans laudatio; quæ tantum abest, ut abolendæ sint & destruiendæ, ut potius, cum ab ipso DEO originem acceperint, & ad conservationem humani generis pertineant, tractandæ summo studio ac peramandæ veniant.

§. VI. Neque etiam *Johannis Cocchii*, & uti jam vocatur catur (h) qui cum omnia Cromwellianis armis atq; artibus in Angliam perstreperent, in bibliothecam se suam abdidit fœtusque varios nomine nobilissimos, quos jam possidemus cum maximo nostro commilitano modo & fructu, in publicum divulgavit. Vide *Spizel.* in fel. litterato p. 914. seqq.